

16
 in diem certam
 manis. Audibus. Reddis mihi diui Regis tui foedus fo-
 licibus rebus tuis telum. Condo no tibi ius Regni aut cer-
 tum, aut non minus in me q̄ in te probabile, & iniquas
 conditiones conquereris, dignaq; tibi causa est, cur obsides
 ad fidem promissorum datos a me eblanditus cum reprobo
 non reddas, ac ne iura quidem gentium serues. Cum Rex
 Regi bellum indicit, mittuntur seciales, qui propalam res
 repetant, ac nisi reddantur bellum indicant. Tu quos mi-
 liti? Nullius nominis hominem ignarum quid ferret
 legasti. Hæc est Augusti ex postulatio nostra. Regem
 Ioannem bello cepimus. Coluimus vt domi magis coli
 non potuerit. Equissimas leges quasq; pari vtrinq; for-
 tuna scribi conuenisset scripsimus. Obsides accepimus.
 Proceres Regi inter Francos generis omnes se iureiuran-
 do in foedus Britinicum obstrinxerunt. Pacem Ioan-
 nemq; reddidimus. Isq; domum regressus turbatas res
 composuit. Burgundias ditionis suæ fecit. Festam pacem
 felicitatemq; constituit. Floruit liberis opibus imperio
 quantum pari temporis spacio nullus atatis suæ quantum
 nullus vnḡ gentis suæ Rex. Ad hos vbi cultus fuerat
 regressus in complexu filiorum Ducumq; obsidum man-
 data dñs, bona spe posteritatis migravit e vita. Filius eius
 quod foedus & suo & paterno, & Regis nobilitatis vniuer-
 sa iureiurando sanxerat, violat, receptis arte obsidibus bel-
 lo nullo more iure ve gentium indicto Pontinniacum Comi-
 tatum maternam dotem meam, Aquitanniam iam inde
 a Leonore matrimonio & possessione maiorum meorum,
 & confessione priscorum Francia Regum, & foedere recenti
 meam furto occupauit. Ego si qua esset in terris Augustior
 maiestas q̄ vestra Cæsares ad eam querimonias deferrem in